



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 36. Cœlestini obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XII  
A.C. 1295

p. 469. c. 8.

p. 471.

Rayn. app.  
to. 15.

tunc credebatur. Tum Papa Lateranensis templum equestrem inter pompam adibat: duo eum Reges comitabantur pedites: pater Siciliæ Rex frenum equi a latere dextro, filius Hungariæ Rex a læva parte tenébant. Idem Principes ei ad solenne epulum ministrabant coronati. Bonifacius, antequam inaugura-

rebat, super altare S. Petri juravit se tu-

rum fidem & disciplinam Ecclesiæ, ac

speciatim octo concilia generalia. Hoc

indicat eam jurandi formulam minimum

decimi fuisse seculi.

### §. XXXVI.

#### *Cælestini fuga & captivitas.*

Boll. to. 15.  
p. 440. 475.

Interim Bonifacius singulari attentione, quid suus antecessor Petrus Moronus ageret, observabat, veritus, ne essent, qui ejus simplicitate abuterentur, eumque ad resumendam dignitatem pristinam inducerent; aut invitum agnoscerent Papam, & abdicare munus non potuisse causarentur: quod reapse perhibebant aliqui. Quocirca humaniter eum tractabat, secum ducturus Romam. Sed cum comitatibus aliquot, qui viro invigilarent, præmissum, noctu e sociorum manibus, ut suam prope Sulmonem ædificulam repeteret, cum uno tantum juvēne sui Ordinis Religioso aufugisse inopinatae

nate comperit Neapoli abiens prima vel **Sæcul.XIII.**  
secunda Januarii. Hoc nuncio commo- **A.C.1295.**  
tus misit, qui eum insequerentur: ac  
repertus est prope Viestam maritimam  
Apuliae Dauniæ urbem. Nam se quæ-  
situm iri prævidens, in Græciam transi-  
re decreverat securitatis causa: sed con-  
trarius eum ventus detinuit; & quam-  
quam personatus, fuit agnitus. Papæ  
Bonifacii ac Regis Caroli jussu compre-  
hensus est quidem, sed magna cum re-  
verentia: populus enim semper pro San-  
cto eum habens, de toga ejus particulas  
refecabat, & asino ejusdem setas evelle-  
bat quasi reliquias. Bonifacius addu-  
ctum benignâ comitate, magnisque lau-  
dibus exceptit, & Anagniam primo mis-  
sum denique permovit, ut in Fumonio  
Campaniæ castro se permansurum pro-  
mitteret.

§. XXXVII.

*Bonifacius Principes reconciliare  
studet.*

Papa Bonifacius iterum ratam habuit  
pactionem inter Arragoniæ ac Si-  
ciliæ Reges Jacobum & Carolum jam a  
Papa Cœlestino confirmatam: per quam  
Jacobus spondebat se Siciliam Papæ ar- **Rayn. n.21.**  
bitrio permisurum, qui ei omnia in re- **J. Villani**  
gnum Arragonium jura reddebat, hujus **lib. 8. c.13.**

Bb 3 con-